

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs V. De Psittacis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Vox.

Vocem acutiorem, quia humidi-
or, peregrino habet. Raro aues
pica uel cornice maiores inuadit.
Plerumque se praecipitaturus pro-
pter metum loco manet et suspen-
ditur. Audacior euadit, si aucu-
pis accedat praesentia. Qui in Hel-
uetia reperitur, diuersus est ab isto.

Locus.

Aldrou. l.
7. c. 15.

Nidificat in excelsis iuxta aquas
aut profundas ualles, petris. Nidis
exemtus mansuefit. Caput perdi-
ces, columbas, cornices, anates,
phasianos et tertraones.

Aldrou. l.

7. c. 15.

Falcones PROMISCOVO COITV
geniti a peregrinis plerumque
proueniunt. Hi enim a parentibus
statim expelluntur et, cum suae spe-
ciei coniuges non inueniant, ad

speciem alteram, quam sibi simili-
mam inuenerint, libidinis tempore
conuertuntur. Carcanus ex altero
parente peregrino, altero monta-
no procreatos *falcones trauersos*
uocat. Albertus *quatuor* eorum
genera ponit. Caeterum, si cum
falcone pedis caerulei peregrinus
commisceatur, fere similis peregrino
generatur auis, si cum lanario
nigro, ignobilis falco niger, si cum
lanario albo, similis falconi albo,
si cum lanario rubeo, similis colo-
re et figura falconi rubeo. Patris-
fant autem plerumque et ignobi-
litate matris institutio post unum
uel alterum annum com-
pensat.

TITVLVS. V.

De Psittacis.

CAPVT I.

De Psittacis in genere.

Nomen.

Rapacibus psittaci subnectuntur
tum, quod rostrum et unguis
aduncas habeant tum, quod cicu-
res carnem etiam ipsam deuorent.
Nomen fortiti sunt seu a Psittace
urbe iuxta a Tigrim celebri seu
απο τῆ τῶν ψιττακίων πότῃ. Soli uirides
psittaci ueteribus cogniti. Psittaci
fructus in intimo quoque cortice
et tota nuclei carne insolenter ad-
modum eundem imbibit.

Descri-
ptio.

Magnitudine si species, in regio-
ne, cui nomen dedere, brachium
cum dimidio longitudine explent.
Vifus b Scaligero, qui clathratae
fenestrae fere impleuerat spatium,
in quadam noui orbis regione pha-
sianos superant. In insula Banda
columbam nostratem uix excedunt.
Alibi gallinis, turdis, hirundini-
bus, imo passeribus aequantur.
Color quoque illis uarius. In no-
ua Hispania, Aethiopia c et ultima
India quosdam totos albos inue-
nies. Circa Tarnasfaram septupli-
ci colore superbos, in Ternate
Molucarum una, Brasilia et Ae-
thiopia rubros, in quibusdam Ae-
thiopiae syluis nigros, in Malabar
praslinos, scutelatos, purpureos,

b Scalig.
Exerc.
236.

cinereos et caeruleos alibi. Bello-
nius magnos quosdam totos cane-
re, mediocres ex rubro uariegari,
pusillos nonnullos prolixa cauda,
totos uirides esse ait. Circa lauam
alii sunt rubri rostro luteo, alii uer-
sicolores, candidi quidam. Et quis
omnes diuersitates enumeret, cum
supra centenos magnitudine et co-
lore discrepantes curiosi obserua-
uerint? Antiquis d solus in intimis
plumulis et extimis pinnulis ui-
ror notus erat. Vnde auis e ui-
ridis dicebatur. Communia fere
omnibus sunt. Caput praegrande,
ingenii signum, rostrum, quod, qua
collo committitur, in solis inferne
sub faucibus apertum est, adeo du-
rum, ut ferreis clathris uix parcant.
Statiis cornu uocet, aduncum
idem, ut feo, tanquam hamato et se-
micirculari forma constructo se, cum
deuolant, excipiant, illi innitantur
liuiioresque se ita pedum infirmitati
faciant. Mandibulae superioris, quod
ipsis cum solo crocodilo et thaema-
topode, si Oppiano credimus, com-
mune, motus. Lingua, quae cu-
curbitae feminis figuram reprae-
sentat, caeteris auibus g latior.
Vnde

d Apoll.
Florid.
e Strab.
Ouid. Et

f Plin.
N. l.
c. 43.

g Arist.
H. A. l.

Vnde ἀνθρωπόμορφος dicitur. Pedus rotundum. Pedum species, quia ante et pone binos habet, rara, illos in regno Aethiopiae interioris prope mare arenosum, si excipias, quorum quidam sex in pede digitos habent, quidam tres. Crura breuiuscula, infirma et plerumque fusca. Vngues adunci, quibus escam eleuant et ad os extrorsum conuertunt. Capitis anatomiam apud Aldrouandum uide.

Locus.
h Plin. l. 10. c. 42.
Pausanias in Corinth. i Plin. l. 6. c. 29.
Locum ipsorum natalem solam Indiam esse ueteres *b* credere. Tempore Alexandri M. in Taprobana primum inuenti, Neronis in Gaugada Aethiopiae insula uisi sunt, Diodori Siculi in ultimis etiam Syriae nascebantur. Auorum temporibus terrae cuidam supra caput bonae spei nomen ob copiam indidere. In regno Calecut tanta ipsorum est ubertas, ut oryzam saepissime depascantur, tanta in occidentali India, ut psittacorum regioni inde nomen creuerit. Nec Nigritae in regno Senegae illis carent.

Nutrimen-
mentum.
Vitus ipsis feris adhuc frumenta, legumina, semen cardami seu cruci, quo pinguescunt, cum homo purgetur, fructus omnigeni cum molli tum duro cortice intesti. Nux etiam myristica, ad quam in Insula Banda saepissime aduolant, cicuribus, quicquid porrigetur, caro, panis, saccharum imprimis. Bibunt aquam, sed uinum multo libentius, cuius potu non solum lasciuui et solito loquaciores redduntur, sed et humano inebriantur more et intra bibendum pedibus suspensi caudam in altum et caput deorsum ad aquam extendunt. *Nidos*, si Cadamusto credimus, ex furculis ad tenellos procerarum arborum ramos pensilibus, pilae modo rotundos, perquam exiguo foramine construunt, ut serpentum insidiis uiam praeccludant. Maximi gallinaeis haud minima oua ponunt, mediores columbaceis paria, saecunditatis indicium, ingens illorum in natalibus locis copia, castitatis, quod bini semper, mas et foemina agere uideantur.

Volatus ipsis in natali solo expeditior. In nostris oris propter coeli frigidioris inclementiam minus eo ualent, impotentiam reptandi facilitas, qua fursum, deorsum et in maximam altitudinem scandunt, ob congruam rostri et pedum conformationem compensat. Illius unco, dum pedes promouere nituntur, adpensos sese sustinent, dum prouolant, ne pedes ob corporis deorsum labentis pondus debiles offendant, sese obuio adminiculo adprehensio, eodem uelut ancora et praesidio excipiunt.

Vocem articulatam nullam naturaliter habent, quidam etiam fere muti sunt nec quicquam unica illa uoce Perroquet excepta, quae in ipsorum nomen abiit, ingeminant.

Amicitiam singularem colunt cum *k* lupo, cum quo simul pascuntur, homine, unde in America relictis syluis interdum prope domicilia agunt et turture, quod Ouidius *l* *Eleg. 2.6.* notauit.

Ingenio prope ad hominem accedunt. Accipiunt namque uerba et pronuntiant articulate omnia facilius, si intra alterum aetatis annum docueris, segniores ferreo in caput uerberantur radio, non sentiunt aliter propter duritiem ictus. Sic Ascanii *m* Cardinalis continuatis *m* Rhodig. perpetuo uerbis symbolum Apostolicum pronuntiabat. *l. 3. Antiq. c. 32.* Henrici VIII. Angliae Regis in Thamesin delapsus auxilium implorabat, uiginti libras promittens extractus quatuor denarios hospitatori suo dari iussit. Meditari eosdem Cardanus addit, Phercides masculos eos obseruare et deferre, qui uenena propinare moluntur et in domos important, refert. Quosdam circa lauam intelligere et ad interrogata respondere quidam narrant. Non facile crediderim. At pueros *n* interdum *n* Albert. imberbes amare, blande attrectatos *l. 23.* o ita ut oscula figant, tanquam o Scalig. Ex. 236. quosdam pueros ita odio prosequi, ut in eorum capita de sublimi loco non aliter impetum faciant atque falco in anatem, si inter lugentes *p* agant, lamentari, quod Constant. *Manasses in Antilib.*

stantinus Manasses in historia Basilii Imperatoris testatur. Saltantes capitis gestu depressis agitatique alis imitari q dubitandum non est. *q Scalig. l. 6.* Foeminas nunquam aut rarer humanas reddere uoces *r de leg. glo. 1. p. 12.* Tiraquelus reliquit, Virides macrouros, quibus collum torque rubro cingitur, annulo illo primum adparente nil praeterea discere quidam adfirmant. Scaliger acceptas e uia publicitus uoces reddidisse scribit. In insulis uero S. Michaelis et Diuiae simplicitatis tantae esse, ut ad crocitantem psittacum innumera ex arbore, in cuius ramis auceps latet, multitudo conuolet facileque se capi patiat, apud Marti-
s l. 10. de cad. 3. re- rum O- cean. Vfus. † Aelian. rem s legimus.

Vfus psittacorum apud occidentales Indos in cibo, apud orientales olim, Aeliano † teste, sacri habebantur. Heliogabalus capita ipso-

rum in conuiuio exhibuit iisdem- *H.A.L. c. 18. Lamp. in Helio- gab. u Varro 3. de uen. stica. c. 9.* que leones, pantheras et alia animalia t paut. Oblectamenti loco apud Romanos olim fuere. Nam cum gallinis rusticis et merulis in u publicis ornatis ponebantur. Viros psittacos manu gestare M. Cato conqueritur. Articulatam ipsorum uocem in tantum eosdem miratos esse Suidas auctor est, ut eos Indis mercem fecerint. Vnde caueis eburneis, argenteis uel ex alia pretiosa materia factis includebantur. Indis pennae ipsorum in magno usu. Ex his imagines uarias, papiliones, flores, herbas, pileos et perizomata conficiunt, uestes, aulaea et tapetes contextunt, enses et clypeos ornant aliaque utensilia miro artificio conficiunt. Sed de plumario opere alibi.

De psittacis uide quoque infra mantisam No. 4.

CAPVT II.

De Psittacis in specie.

ARTICVLVS I.

De Psittaco Maximo Cyanocroceo, Maximo Psittaco

Altero, Psittaco Albo Cristato et Psittaco Viridi alarum

costa superna rubente.

Descri- rio. Aldrou. l. 11. Ornith. c. 2. **P**sittacus maximus cyanocroceus in aula ducis Mantuae ab Aldrouando uisus est. Magnitudine bene faginatam caponem exaequabat, ab extremo rostro ad caudam extremam bicubitalis. Vertex capitis erat planus et uiridis, rostrum aduncum in hemicyclum compositum, extrinsecus in perfectam dimidii annuli rotunditatem formatum, palmum longum, totum nigrum, superius longitudine duobus digitis inferius excedebat. Oculos habebat albos et nigros, quos ternae lineae nigrae a rostro ad colli initium ductae figuram literae S. iacentis repraesentantes in longum succingebant. Guttur ueluti torques nigra ambiebat. Pectus, uenter, femora, uropygium, cauda inferior crocea erant. Ceruix superna, dor-

sum, alae, caudae pars superior colore caeruleo uestiebantur. Qui apud Comitum S. Florae erat, semel singulo die instante uespere bibebat, notis et familiaribus ad blandiebatur. Aestiuo tempore aquis se immergebat aut pluuiae, donec totus maderet, exponebat, a mado- re frigore correptus ad solem se uel focum siccabat, ex podagra mortuus est.

Aldrou. l. 11. **Maximus psittacus alter** apud eundem principem fuit. *Corpus ei* non ita, ut superiori crassum. *Capitis* uertex compressus, palmo longior. *Rostrum*, quam superiori breuius nec longo adeo hamo incuruum, tres propemodum digitos longum et totidem, qua capiti committitur latum, mandibula superiore alba, inferiore nigra. *Oculorum*

Pittacus Maior.



Pittacus Minor.



*Pittacus
Rappengerj*



Pittacus.



Pittacus Viridis



*Pittacus
Poikilorrhinos.*





Psittacus Maximus
pappongei. gresseri. art.



Psittacus Maximus alter.



Psittacus viridis melanorhynchus.



Psittacus albus cristatus.




Psittacus versicolor sive *Erythrocyanus.*



Psittacus Leucocephalus.



Psittacus cinereus.



Tab. 21.

Phasianus versicolor

Phasianus versicolor



rum regio et tempora albescentia. Dorsum, alae incipientes, gula, pectus, uenter, femora, cauda tota superne punicea. Remigum tegetes secundo in alis ordine lutei, puniceis marginibus caeruleo uelut oculo prope apicem ornatae etc. *Psittacus albus cristatus* magnitudine erat columbo domestico par. *Corpus* uniuersum candido plumarum agmine uestiebatur. *Capitis* uerticem habebat plumis grandiusculis, sesqui palmum altis, retrorsum nonnihil incuruis acuto apice denuo antrorsum reflexis, candidis denis uelut crista perornatum. *Rostrum* cinereum ad nigrum uergens, qua capiti committitur, naribus patulis peruium ac harum medio tuberculo quodam tereti cliuofum. *Oculis* iride lutea, pupilla nigra. *Linguam* latam, rubicun-

dam. *Caudam* in altum plumis dodrantalibus, frequentibus, candidis surrectam. *Crura* cum pedibus sublutea. *Psittaco uiridi ala-* Idem c. 5.
rum costa superna rubente pullastri anniculi erat corpulentia, *capitis* uertex luteus. *Rostrum* superius extremo nigrum, post subcaeruleum, reliqua rubicundum, inferius uero album. *Oculi* iride croceo aut potius rubente, cincti pupilla nigra, corpus totum uiride, parte quidem prona uirore flauesciente ac diluto, alis uero et dorso saturiore et, qui in maxima et extrema penna remige ad caeruleum nonnihil tendat. *Costa superna* alarum in tantum rubet, uti et cauda eaque breuiuscula parte inferiore ad latera rubra in longum macula insignitur, superne uero flauescit.

ARTICVLVS II.

De Psittaco Poikilorincho, Viridi Melanorincho, Leucocephalo et Erythrocyano.

Aldrou. 1. *Psittacus poikilorinchos* magnitudine erat gallinae minoris. *Cor-* 11. 6. 6. 7.
8. 9.
pote plerumque uirescens, dorso obscurius, pectore et uentre, interlucente luteo, radicibus ubique cinereis, dilutius. *Rostrum* superius in parte superiore habebat ex uiridi caeruleum ad latera colore ochrae, in cuius extremitate macula transversalis candida percurrebat, inferius circumcirca coloris plumbei in medio lutescentis. *Vertex* plumulis aureis ornabatur. *Remiges* parte exteriori uentrem uersus initio uirides, paulatim in colorem subcaeruleum seu amethystinum purpureumue potius terminabantur, nigra caetera. *Secundae* in ordine longissimae totae luteae erant. *Quae* mediis ferme alis conspiciebantur, ad principium latere exteriori, quod uentrem respicit, primum uiridi, dehinc miniaceo obscuro, inde uiridi, postremum apice ipso partim uiolaceo, partim nigro uicissim uariabant. *Cauda* duodenis instructa

pennis, quarum, quae e latere sunt, utrinque quaternae, qua enascuntur, initio sui primum uirides erant latere exteriori, luteae interiori, inde rubeo coccineoue colore, tertio ordine denuo uiridi, postremo luteo variegatae. *Reliquae* quatuor mediae totae uirides, at fine sui nonnihil lutei habebant. *Pedes* plumbei, quaterni *digiti* bini ante, retro totidem, ut in picis Martiis, interiores quidem exterioribus multo breuiore. *Ungues*, ut rapacibus adunci. *Tibiae* breuissimae, nempe inter poplites et talos, digitum longae, sed crassiusculae. *Psittaco uiridi melanorincho* collum, dorsum cum alis uirore pleno tinguntur. *Costa alae*, qua corpori adnectitur, extrema coccineo rubet, penna in extremis alis, qua uentrem spectant, est nigra. *Vro-*
pygium inferius coccineum. *Ro-*
strum totum nigrum. *Caput* et *pe-*
ctus lutea. *Psittacus leucocephalus*
ita ab Aldrouando describitur etc.
dodrantem et digitum unum lon-
gus

gus est. *Rostrum* duos digitos crassum, album et pars capitis rostro continua item alba. *Oculi* pupilla nigra, iris ferruginea. *Vertex* et *frons*, quae alben, maculis nigris uariiegatae sunt. *Occiput*, collum, dorsum, alae, uropygium superum obscuro ac pleno uirore tinguntur. Gula et alarum costa suprema rubore cinnabarino. *Pectus* ac femora uiuent denuo. Pars *uentris* inter femora et pectus interiecta fusco subrubido aut eo colore, quem pictorum uulgi terrae umbrae uocat, insignitur. *Alarum* latera pennas quasdam, quae remiges tegunt easque extremas caeruleas habeat, albo tamen nonnihil admixto. Venter postremus uropygio proximus lutescit. *Cauda* medio rubra, ad latera rubro et luteo, inde caeruleo uariiegata est. Pennae pene omnes extremo apice nonnihil nigrescunt, caetera uirides sunt. Tibiae et pedes cinerei. Posset et hic idem ob multiplicem colorum uarietatem psittacus *ποικίλος*, i. e.

uerficolor adpellari. Est enim coloribus non paucioribus, quam septem distinctus, quorum tamen praecipuus est uiridis. *Psittaco erythrocyano caput*, pectus caerulea sunt. *Vertex* summus macula lutea insignitur. *Rostrum* haud ita, ut prioribus grande, nigrescit. *Oculorum* regio albicat. Pupilla nigra, iris fusca. *Ventris* latera sub summis alis lutea sunt. Venter uiridis. *Femora* e uiridi albicant. *Uropygium* luteum est. Summum *dorsum* dilute caeruleum est. Alarum tegentes uiridi, luteo, roseo promiscue conteguntur. Sic remiges et cauda totae roseo perfusae sunt. Dorsum extrema pars seu lumborum regio flauescit. Caudae denique pennae pauculae eaeque uirides obtegunt. *Crura* et *pedes* cinereo imbuuntur, caetera roseo. Hic forte ille est, quem in Tarnasari urbe Indiae pulcherrimum ac septemplex colore distinctum reperiri Ludouicus Patricius scriptum reliquit.

ARTICVLVS. III.

De Psittaco Cinereo, Erythroleuco, Torquato

Macrouro, Minore Macrouro [Toto Viridi, Erythrochloro

Macrouro, Erythrochloro Cristato et Aliis et Gesnero positis.

Aldrov. l.
11. c. 10.
11. 12. 13.
14. 15. 16.

Psittacus cinereus ex Mina adfertur et a potissimo partium colore ita dictus est. Corpus enim totum cinereo obscuro seu potius aequaliter subcaeruleo tingitur, remiges paulo saturiore uisuntur. *Oculi* macula candida cingit. *Cauda* uix ultra extremas alas protenditur et tota cinnabarino colore tineta est.

Psittaco erythroleuco magnitudo est caponis grandiusculi, corpus candidum, postrema tergi pars, uropygium, cauda tota, alarum remiges miniacei coloris. *Rostrum* unco, quam in aliis longiore.

Torquatus macrourus solus antiquis cognitus fuit. Caput et corpus omne habet uiride. *Rostrum* miniaceum. A rostro inferiori sub

mento etc. *Minor macrourus totus uiridis* in Hispaniola reperitur nec totus turdo maior est. *Rostrum* habet superna parte rubrum, inferna e rubro nigricans. *Iridem* oculi rubicundam et croceam. Corpus herbaceo uirore amoenum. *Pedes* et *tibias* rubicunda.

Erythrochloro macrouro ex laponia adlato corpus quatuor coloribus, quorum potiores uiridis et ruber, insignitum erat. Verticem habebat planum, rostrum rubeum, exiguum et inferius etiam aduncum. Retro et ante oculos maculam caeruleam. Caudam corpore toto longiorem.

Erythrochloro cristato alae, cauda ac crista, quae sex pennis, tribus maioribus, totidem minoribus con-

Corvus. Rap. rab.



Corvus. Rab.



Altrap.



Cornix. Krae.



Graculus. Tul. Dole



Nebel Krae.



Pyrho

*coraceus.
steinrab.*




Coriacias Arist.



Pyrhocorax. alius





Def
ptio.
a In
for.
ler. C
ni.
b Rh
Anti
lect.
c. 25

c Ar
in A

d Sc
ad l.
cauf.
plam
17.

e Ol
Mag
19. c

i l.
gener

g Ar
A. l.
nt.
h. Ar
N. l.
15.

sonstabat, sunt rubri coloris, corpus reliquum uiridis.

His adde *psittacum erythroga-*
num nec non *erythroxanthum* Ges-
neri, quorum ille parte supina rubet,
alis superius in flauo uiridibus, cae-
tero caeruleis, cauda partim rubra,
partim caerulea, hic illi per omnia
simillimus, in hoc tantum discre-
pat, quod per medium alarum plu-
rimum flauioris coloris habeat, non-
nihil etiam in cauda.

TITVLVS. VI.

De Coruino Genere et Aliis Nonnullis Auibus, Quibus

Rostrum Durum ac Robustum est.

CAPVT PRIMVM.

De Coruo.

Corvus Graecis seu a colore ni-
gro seu a capitis magnitudine
κόραξ. L. Floro a satyra auis seu
propter salacitatem. Virile enim
membrum ueteres Graeci σαλῆν ad-
pellabant seu a Satyra b palude,
quae et Promptina, uiginti quatuor
olim urbium capace loco dicitur.
Locus ipsi post psittacos uel eam ob
causam datur, quod et ad rapacium
naturam accedat et olim apud uete-
res in tanto pretio fuerit, ut per c
illum iurarent. Magnitudine cor-
nicem superat et adeo est ater, ut
prae nimia nigredine caeruleus quo-
dammodo adpareat nec ab d aquis
mutetur. Rostrum habet aterrimum,
nonnihil aduncum utrisque margini-
bus incidens. Oculos lucidos. Lin-
guam in apice latam, ad radicem
rotundam, nigram. Visi tamen in
septentrionalibus e regionibus, An-
glia, Neapoli apud Alphonsum Sici-
liae Regem, Lestorum Indiae extra
Gangem regione, quin et tempore
f Aristotelis albi seu, quod ob aspe-
ctum niuium in niuosis locis tales na-
scantur seu, quod frigus id efficiat
seu, quod alimento id attribuendum
sit. Interiora eius si attendas, gulam
patentior prope uentriculum pro
ingluvie g habet. Fel renibus et b
parte tantum altera intestino iungi-
tur. Excrementa alba esse apud Ho-
ratium legimus. Cuidam uero apud
Liuones et Botnios generi, quod ma-

Huc etiam Aldrouandus auem il-
lam, quae in Hispania capta magni-
tudine erat fringillae, rostro nigro,
adunco, capite, collo uiridi, uerti-
ce, ut in garrulo Bohemico crista in-
signito, alis caeruleis extremo ni-
gricantibus, uropygio ferrugineo,
femoribus albis, pedibus nigris, di-
gitis quaternis, binis ante, retro
totidem refert.

rinum dicitur, rostrum dentium fere
instar ferratum, sed forte falso ad-
scribitur.

Quantum ad locum, in Asia non na-
sci Theophrastus i prodidit. Locis k
desolatis, humidis, excultis, turri-
bus, celsis aedificiis morari nec ea
dummodo cibis suppetat, deserere, 34.
in agris uberrimis gregatim ferri et
eius frequenti suo numero bonita-
tem, quam innata sagacitate cogno-
scunt, prodere compertum. Binos m
per sterilem et infructuosum cam-
pum nec non arctiora loca uolare,
quod non satis n cibi pluribus, unde
in Cranone Thesaliae oppido nun-
quam plures duobus reperiri a qui-
busdam notatum. In Galliae oppido,
quod Coruatum dicitur, annos plus,
quam centum egisse Albertus ne-
scio, qua fide refert.

Vidit coruus frumento, po-
mis, o ficibus, cerasis, quae cum
pediculis deglutit et, dum binis p e
pastu horis pulpam reiecit, ossa
euomere solet nec non uermibus,
hinc aratoris uestigia rodit, piscibus,
unde apud Anglos q lege sub graui
multa cautum, ne quis uim coruis
inferat, cadaueribus, quae si non at-
tingit, infecta esse coniiciuntur. Quin
nec a uiuis animalculis abstinet. A-
laudam et passerem deuorasse uisus
est, pullos uero alimonia destitu-
tos parentem ipsum inuadere et
deuorare † Aelianus auctor est
E In nim. c. 43.

Descri-
ptio.
a In Hi-
stor. Va-
ler. Corui-
ni.
b Rhodig.
Antiq.
lect. l. 29.
c. 25.

c Aristoph.
in Auibus.
d Scalig.
ad l. 2. de
caus.
plant. c.
17.

e Olaus
Magn. l.
19. c. 8.

f l. 5. de
gener. c. 5.

g Arist. H.
A. l. 2. c.
14.
h Arist. H.
N. l. 2. c.
15.

Locus.
i Plin. H.
N. l. 10.
c. 29.
k Esch. c.
34.
Theon. in
Aratum.

m Ael. l. 2.
de Anim.
c. 48.

n Arist. H.
A. l. 9. c. 31.
m. yent. x
A. l. 10. c. 31.

Nutri-
mentum.
o Athen.
l. 13.
p Aldrou.
Ornithol.
l. 12. c. 1.

q Bellon. l.
6. de Anib.
c. 1.
r Plin. H.
N. l. 10.
c. 47.

† l. 3. de A.
nim. c. 43.